

Iato, cōsentaneum est justitiæ divinæ etiam peccati stipendiū destrui. Quintum fundamētum sunt exempla illorum qui in hac vita resuscitati fuerunt à morte, velut filia Sunamitidis, Cadaver contatu ossium Elisei resuscitatum, Filia Jairi, Filius viduæ in Nain, Lazarus, & Tabeba. Sextum, quia Christus qua corpus qua animam ad vitam eternam redemit. Septimum, pulcerrima similitudo petita ex libro mūdi de grano tritici. Joh. 12. 1. Cor. 15. *Insipiens, tu quod seminas, non sibi-  
ficatur, nisi pri⁹ moriatur. Atq; ob hanc ve-  
nustissimam similitudinem cæmeteria  
appellamus lingua vernacula agros D E I.*

III. Consolatio contra mortem temporealem est fructus Resurrectionis Domini-  
cæ, puta vita æterna, incorruptio, & im-  
mortalitas per Christum parta. Quem-  
admodū enim propter Adami transgres-  
sionem genus humanū morti fuit obno-  
xium, ita per secundum Adamum omnes  
homines vitæ & immortalitati sunt resti-  
tuti; juxta illud Apoc. 21. *Ecce ego nos a fa-  
cio omnia. Quæ renovatio excludit mor-  
tem, peccatum, & ærumnas, estq; mera  
justitia, vita, & gaudium. Qua causa vo-  
catur etiā Paradisus: quia implebis me lati-  
tia cum bultu tuo, & delectationes in dextera* <sup>Paradisus.</sup>